

DEO DUCE!

# THESES MISCELLANÆ,

Quas

Permissa Ampliss. Facultat. Philosoph. in Regia  
Academia Aboensi,

Sub PRÆSIDIO

# HENRICI HASSEL,

ELOQU. PROFESS. REG. & ORDIN.

h. t. RECT. MAGN.

PRO GRADU

*Publico examini submittit*

JOHANNES ODENIUS

*AUSTRO-FINLANDUS,*

die XVII. Aprilis Anni MDCCXLV.

*Loco borisque solitis.*

ABOÆ, Excud. JOH. KIÆMPE, Reg. Ac. Typ.

*Ex Bage.*


ДА О ДУХЕ  
ГИДДЕС  
МІСЦЕЛАНІЯ

280  
Տարի ու հաջորդ տեսքը կազմ պայման  
Առօք սահման

# HENRICI HASELI

EDWARD TROBES. REG. & ORD. IN  
THE REC'D MFG.  
BY GRANT

ABCD, EBCD, HOI, ZHMS, etc. etc. etc.



*Thes. I.*

**I**N vexatissima illa qvæstione: Anti-  
qvis ne an recentioribus palma eru-  
ditionis debeatur, non dubitamus  
accedere illis, qvi pro recentioribus  
pronunciant.

*Thes. II.*

**F**atemur scientias quasdam & artes  
olim cognitas temporum injuria  
esse deperditas; verum hunc defectum,  
plures & præstantiores postmodum in-  
ventæ, abunde supplent.

*Thes. III.*

**H**istoriæ Literariæ palinarium est o-  
pus, ipsam scientiarum genesis  
& primas inveniendi occasiones tra-  
dere.

A2

Thes.

**P**arum omnino de Republica Literaria merentur, qui ut unam alteramve incrurent hypothesis, integrâ conficiunt systemata.

Theſ. V.

**P**rincipium ſufficientis rationis, in quo tantopere ſibi blandiuntur quidam recentiorum, non potuit non antiquis esse notiſſimum.

Theſ. VI.

**Q**uæ a Christiano Wolfio in Cosmologia tractantur quæſtiones, has in Platone, Aristotele aliisque antiquis Philosophis invenire datur.

Theſ. VII.

**P**hilosophia Academica Rhetorum Sophistarumque instituto admodum conveniebat.

Theſ. VIII.

**C**icero, quamvis Academicum fe-

pro-

5  
profitebatur, in Doctrina morum ta-  
men Stoicorum vestigiis potissimum  
instituit.

*Thes. IX.*

**R**idicula est eorum assertio, qui in-  
tellectum in cerebro, voluntatem  
in corde residere dicunt.

*Thes. X.*

**L**ibertas humana per ipsam experi-  
entiam demonstrari potest.

*Thes. XI.*

**P**opuli orientales & olim fuerunt &  
adhuc sunt proclives ad creden-  
dam absolutam quandam necessitatem;  
quam opinionem verosimile est prove-  
nire ex absoluto, quo reguntur imperio.

*Thes. XII.*

**H**omini, ut sorte sua contentus vi-  
vat, aut pauca sufficiunt, aut nihil.

*Thes. XIII.*

**D**ifficilius est, quam vulgo creditur,  
ita

<sup>6</sup>  
ita condere Historiam, ut nihil detur  
vel amori, vel odio, vel alii alicui affectui.

*Theſ. XIV*

**A**d recte scribendam & cum fructu  
legendam Historiam, plus requiri-  
tur judicij, quam memoriæ.

*Theſ. XV.*

**H**istoria Ecclesiastica aliquo modo  
etiam est politica, atque pragma-  
tice tractari potest ac debet.

*Theſ. XVI*

**C**ontroversiæ Theologicæ sine mu-  
tuo partium odio raro tractan-  
tur; quia utrinque creditur, dissensum  
non ab ignorantia solum intellectus,  
sed pravitate juxta voluntatis proficiisci.

*Theſ. XVII.*

**I**n detegendis & castigandis reliquiis  
Papismi prudenti opus est modera-  
tione, ne quæ innocua erant in Papis-  
mo, sine ratione damnentur.

*Theſ.*

**P**rinципibus subinde ad Sacra Roma-  
na tranſeuntibus, jure metuitur,  
ne quando periculum exiſtat Ecclesiæ  
Protestanti.

**P**rincipia Jelútica non minus Rei-  
publicæ quam Ecclesiæ ſunt noxia.

**C**ardo Jurisprudentiæ Ecclesiasticæ  
in eo vetitur, ut inter jura Ec-  
clesiæ atque Reipublicæ recte termini re-  
gantur.

**J**urisprudentia Ecclesiastica ex prin-  
cipiis Theologicis atque Politicis  
conjunctione, ſed a ſe invicem accurate  
diſcernendis exſtrui debet.

**N**eque Symbolis neque Cæremoniis  
carere potest Ecclesia; ſed quo  
par-

8  
parcior utrorumque fuerit proventus,  
eo melius eidem consulitur.

*Thes. xxiii.*

**Q**ui controversias Religionis conciliis jam terminari posse opinantur, ingenium humanum ignorant.

*Thes. xxiv.*

**Q**uia de protestantibus cum Ecclesia Romana, vel illis inter se unniendis, dantur consilia, ut ssvavia tantum somnia considerari merentur.

**S. D. G.**

